



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Palma, Cedrus, Oliva, &c.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

404 *Pars secunda de elevatione
dæorum, omniq[ue] respectu humano procul-
cato, & debita nummorum restitutione facta
JESUM non tantum in domo sua, sed & in-
teriori cordis recepit hospitio. Vide de hoc plu-
ra in officio de festo dedicationis Ecclesiæ.*

Palma, Cedrus, Oliva, &c.

*A*scendam in Palmam (lignum Crucis) &
apprehendam fructus ejus. Cant. 7. Quasi
cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus
in monte Sion, quasi palma exaltata sum in cades,
& quasi plantatio rose in Jericho, quasi oliva spe-
ciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum
juxta aquam in platea. Eccli 24. Loca hic enu-
merantur, in quibus nominatae arbores opti-
mè crescunt. In sensu morali ea applicantur
Ecclesiæ in lege scripta, dein in lege gratia.
Item B. Virgini, animæ justæ, & familiæ à Deo
benedictæ.

*Ficus non florebit, & non erit germen in vi-
næis, mentietur opus oliva, & arva non afferent
cibum, absindetur de ovili pecus, & non erit ar-
mentum in præsepibus. Habac. 3. Talis & ma-
jor infelicitas ac sterilitas bonorum tempora-
lium in sensu litterali, & spiritualium in sensu
mystico obvenit Iudeis ob causam ab ipsis Mes-
siam. Sic etiam meritò ob scelera sua plectun-
tur Christiani. Vox Domini confringentis cedros,
& comminuet eos, sicut vitulum Libani. Ps. 28.
Nempe, sicut æquè facile prosternit Deus alti-
simos ac robustissimos cedros, atque tenerum*

vitulum in monte Libani; sic & quæ summos atque infimos homines.

Abies, Myrtus.

*P*ro saliunca ascendit abies, & pro urtica crebet myrtus. Il. 55. Hic prædictitur prædicatione Evangelii, & felicitas credentium. Abies teste Calepino vocatur etiam *arbor gallica* ob candorem. Candorem animi accepere Galli, quando Clodovæus cum suis Francis factus Christianus loco terti Bufonis pro insigni adoptavit lilyum candidum. Et horum tria designant primò puritatem cordis, sive castitatem. 2do. Candorem animi, sive sinceritatem. 3to. Religiosam ac inalterabilem pactorum conventionem observationem.

Synapi, Papyrus.

*E*Lucet mira Dei providentia in grano Sinapis, quod cum seminatum fuerit, minus est omnibus seminibus, que sunt in terra, & cum seminatum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra ejus aves cali habitare. Marc. 4. Idem dicitur Matth. 13. Et ideo ei Christus comparat Evangelium, quod est in mundo *regnum celorum*, & ex parvo in quatuor orbis partes excrevit. Promittit etiam nobis Christus potestatem transferendi montes, si habuerimus fidem sicut *gratum sinapis*, hoc est humilem non exteriùs elatam, sed intus vivam acrem & servidam. Gratum sinapis etiam designat dictamina Evangelica,